Secundum Iohannem.

C Initium sancti euangelij. secūdum Iohannem. Gloria tibi domine.

MVSEVM
BRITAN
3767

IN principio erat verbum/et verbū erat apud deū:et deus erat verbuz. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factū est nichil. Quod factū est in ipso vita erat/et vita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet:et tenebre eam nō cōprehēderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohānes. Hic venit in testimoniuz:vt testimonium phiberet de lumine/vt oīes crederent per illū. Non erat ille lux: sed vt testimoniuz phiberet de lumine. Erat lux vera:que illuminat omnē hominē venientē in hunc mūdum. In mundo erat:et mūdus per ipsum factus est: et mūdus eum non cognouit. In pria venit: & sui eum non receperūt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatē filios dei fieri: his qui credūt in nomine eius. Qui nō ex sanguinib⁹/neq; ex voluntate carnis: neq; ex volūtate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factū est:et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratie et veritatis. Deo gratias.

Laus deo/pax viuis:& requies defunctis.

Sequentia sancti euangelij: secundum Lucam. Gloria tibi domine. ✠

In illo tpe. Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginē desponsatā viro: cui nomen erat ioseph de domo dauid: ⁊ nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue grā plena dñs tecū: bñdicta tu in mulieribꝫ. Que cū audisset turbata est in sermōe eiꝰ: et cogitabat qualis esset ista salutatio Et ait angelus ei. Ne timeas maria inuenisti enim gratiā apud dñm. Ecce cōcipies in vtero et paries filium: ⁊ vocabis nomē eius iesum. Hic erit magnꝰ ⁊ filius altissimi vocabit̄: ⁊ dabit illi dns deus sedē dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternū: et regni eiꝰ non erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet istud: qm̄ virū nō cognosco: Et respōdēs angelꝰ dixit ei. Spiritus sctūs superuenit in te: ⁊ virtꝰ altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; et qō nascet̄ ex te sctm̄ vocabit̄ filiꝰ dei. Et ecce elizabeth cognata tua ⁊ ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis est sextꝰ illi que vocat̄ sterilis: quia nō erit ipossibile apud deum omne verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secundū verbū tuū. Deo gratias. ¶ Sequētia sancti euāgelij: secūdum matthеū. Gloria tibi domine. ✠

Cum natus esset iesus in bethleē iude: in diēb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriēte venerūt hierosolymā dicentes. Ubi est qui nat⁹ est rex iudeoꝝ? Uidim⁹ enim stellā ei⁹ in oriente: ⁊ venim⁹ cū muneribꝫ adorare eū. Audiens autē herodes rex turbatus est ⁊ oīs hierosolyma cū illo. Et cōgregās oēs pīncipes sacerdotū et scribas populi: sciscitabatur ab eis ubi xp̄s nasceret. At illi dixerunt ei. In bethleē iude. Sic enim scriptū est per ꝓphetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ minima es in pīncipib⁹ iuda Ex te enī exiet dux qui regat populū meū israel. Tūc herodes clā vocatis magis diligēter didicit ab eis tēpus stelle que appa ruit eis. Et mittēs eos i bethleē dixit Ite et iterrogate diligēter de puero: ⁊ cū inueneritis renūciate mihi: ut et ego veniens adorē eum. Qui cū audissent regem / abierunt. Et ecce stella quā viderāt in oriente antecedebat eos usq; dū veniēs staret supra ubi erat puer. Uidētes autem stellam magi: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrātes domū inuenerūt puerū cū maria mātre eius Et procidētes adorauerūt eū. Et aptis thesaurꝭ suis obtulerūt ei mune

Gressus est dñs iesus cum discipulis suis trãs torrentẽ cedrõ: vbi erat hortus / in quem introiuit ipse ⁊ discipuli eius. Sciebat autẽ ⁊ iudas qui tradebat eum locũ qz frequẽter iesus cõuenerat illuc cũ discipulis suis. Judas ergo cũ accepisset cohortẽ a pontificib⁹ ⁊ phariseis ministros: venit illuc cum laternis et facib⁹ ⁊ armis. Jesus itaqz sciẽs oia que vẽtura erãt sup eum processit ⁊ dixit eis. Quẽ queritis? Responderunt ei. Jesum nazarenũ. Dixit eis iesus. Ego sum. Stabat aũt ⁊ iudas qui tradebat eũ cum ipsis. Ut ergo dixit eis iesꝰ ego sum: abierũt retrorsuz ⁊ ceciderũt in terrã Iterz ergo interrogauit eos Quẽ queritis? Illi aũt dixerũt. Jesuz nazarenũ. Respõdit iesus. Dixi vobis qz ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Ut impleret sermo quẽ dixit: qz quos dedisti mihi non perdidi ex eis quẽq̃. Symõ ergo petrꝰ habens gladiũ eduxit eum: ⁊ percussit põtifi eis seruũ / ⁊ abscidit auriculã eius dexteram Erat aũt nomẽ seruo malchus. Dixit ergo iesus petro. Mitte gladiũ tuum in vaginam: calicẽ quem dedit mihi pater: nõ vis vt bibã illum? Cohors ergo ⁊ tribunꝰ ⁊ ministri iudeorum cõprehẽderũt iesum:

et ligauerũt eum: ⁊ adduxerunt eũ ad an
nam primũ. Erat enī socer cayphe q̄ erat
pōtifex anni illi⁹. Erat autē cayphas qui
consiliū dederat iudeis: q̄ expedit vnū ho
minē mori pro populo. Sequebat autē ie-
sum symō petrus / ⁊ alius discipul⁹. Disci
pulus autē ille erat notus pōtifici: ⁊ intro
iuit cum iesu in atriū pōtificis. Petr⁹ au-
tem stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo di-
scipul⁹ alius qui erat not⁹ pōtifici / ⁊ dixit
ostiarie ⁊ introduxit petrū. Dixit ergo pe
tro ancilla ostiaria. Nūquid ⁊ tu ex disci-
pulis es hois istius? Dixit ille. Non sum.
Stabant aūt serui ⁊ ministri ad prunas:
q̄ frigus erat ⁊ calefaciebāt se. Erat aūt
petr⁹ cum eis stās ⁊ calefaciēs se. Pōtifex
ergo interrogauit iesum de discipulis suis:
et de doctrina ei⁹. Respondēs iesus dixit.
Ego palā locut⁹ sum mūdo: ego semp do
cui in synagoga ⁊ in tēplo quo oēs iudei
cōuenunt: ⁊ in occulto locut⁹ sum nichil.
Quid me interrogas? Interroga eos q̄ au
dierūt quid locut⁹ sum ipsis. Ecce hi sciūt
que dixerim ego. Hec aūt cū dixisset vnus
assistēs ministrox dedit alapā iesu dicens
Sic respōdes pōtifici? Respōdit iesus. Si
male locut⁹ sum / testimoniū phibe de ma
lo: si autē bene q̄d me cedis? Et misit eum

annas ligatū ad cayphā pōtificē. Erat autē symon petr⁹ stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nūquid ⁊ tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit. Nō sum. Dixit ei vn⁹ ex seruis pōtificis: cognatus eius cui⁹ abscidit petr⁹ auriculam. Nōne ego te vidi in horto cū illo? Iterū ergo negauit petr⁹ ⁊ statim gall⁹ cātauit. Adducūt ergo iesum ad cayphā in prētoriū. Erat aūt mane: ⁊ ipsi nō introierūt in prētoriū vt non cōtaminarent: sz māducarēt pascha Exiuit ergo pylatus ad eos foras ⁊ dixit. Quam accusationē affertis aduersus hominē hunc? Respōderūt et dixerūt. Si nō esset hic malefactor: non tibi tradidissem⁹ eū. Dixit ergo eis pylat⁹. Accipite eū vos et secundū legē vestrā iudicate eum. Dixerūt ergo ei iudei. Nobis nō licet interficere quēq̄. Ut sermo iesu impleret quē dixit: significās qua morte esset moriturus. Introiit ergo iterū in prētoriū pilat⁹: ⁊ vocauit iesum ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeor? Respondit ei iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me? Dixit ei pilat⁹. Nūquid ego iude⁹ sum? Gens tua ⁊ pōtifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respōdit iesus. Regnū meū nō est de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo esset regnū meum: minu-

stri mei vtiq; decertarēt vt nō traderer iu
deis. Nunc autē regnū meum nō est hinc.
Dixit itaq; ei pylat⁹. Ergo rex es tu? Re-
spōdit ies⁹. Tu dicis: q; rex sum ego. Ego
in hoc natus sum: ⁊ ad hoc veni in mūdu;
vt testimoniū perhibeā veritati. Omnis
qui est ex veritate: audit vocē meam. Di-
xit ei pylat⁹. Quid est veritas? Et cū hoc
dixisset: iterum exiit ad iudeos ⁊ dixit eis
Ego nullā inuenio in eo causam. Est autē
cōsuetudo vobis: vt vnum dimittā vobis
in pascha. Vultis ergo dimittā vobis re-
gem iudeor? Clamauerūt rursum oēs di
cētes. Non hunc, sed barrabā. Erat autē
barrabas latro. Tunc ergo appēhendit pi
lat⁹ ieſu;: ⁊ flagellauit. Et milites plectē
tes coronā de spinis iposuerunt capiti ei⁹
⁊ veste purpurea circūdederunt eū. Et ve
niebāt ad eum et dicebāt. Aue rex iudeor
Et dabant ei alapas. Exiit iterū pylat⁹
foras ⁊ dixit. Ecce adduco vobis eū foras
vt cognoscat; q; nullam inuenio in eo cau
sam. Exiit ergo ies⁹ portās coronā spi
neam et purpureū vestimentum: et dixit
eis pylatus. Ecce homo. Cum ergo vidis-
sent eum pōtifices ⁊ ministri: clamabāt di
centes. Crucifige crucifige eum. Dixit eis
pylatus. Accipite eum vos et crucifigite:

ego enim nō inuenio in eo causam. Respō derunt ei iudei. Nos legem habemus ⁊ se cundū legem debz mori: quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset pilatus hunc ser monē: magis timuit. Et ingressus est prę toriuz iterum: et dixit ad iesum. Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei pilatus. Mihi nō loqueris? Nescis q2 potestatē habeo crucifigere te: et potestatē habeo dimittere te? Respōdit iesus. Nō haberes potestatē aduersuz me vllam nisi tibi datū esset desup. Propter ea qui tradidit me tibi: maius peccatū ha bet. Et exīde querebat pylatus dimittere eum. Judei autē clamabant dicentes. Si hūc dimittis: non es amicꝰ cesaris. Oīs enim qui se regem facit: cōtradicit cesari. Pylatꝰ ergo cū audisset hos sermōes ad duxit iesum foras: ⁊ sedit pro tribunali in loco qui dicit lithostratos: hebraice autem gabatha. Erat aūt parasceue paschę ho ra quasi sexta. Et dixit iudeis Ecce rex ve ster. Illi autē clamabant. Tolle tolle: cru cifige eum. Dixit eis pylatus. Regem ve strum crucifigā? Responderūt pontifices Non habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Susceperunt autem illum: et eduxerunt.

Et baiulãs sibi crucem exiuit in eum qui
dicitur caluarie locũ: hebraice autem gol
gotha vbi eum crucifixerũt. Et cũ eo ali-
os duos hinc ⁊ hinc / mediũ autem iesum.
Scripsit autem et titulum pylatus: et po-
suit super crucem. Erat autem scriptum.
Jesus nazarenꝰ rex iudeorum. Hũc ergo
titulum multi legerunt iudeorũ: quia pro-
pe ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus est ie-
sus. Et erat scriptũ hebraice / grece / et la
tine. Dicebãt ergo pylato põtifices iudeo
rum. Noli scribere rex iudeorũ: sed qꝛ ipse
dixit / rex sum iudeorum. Respõdit pylatꝰ.
Quod scripsi scripsi. Milites ergo cũ cru-
cifixissent eum / acceperũt vestimẽta eius
et fecerũt quattuor partes: vnicuiq; mili
ti partem ⁊ tunicam. Erat autem tunica
inconsutilis / desuper contexta per totum.
Dixerũt ergo adinuicem. Nõ scindamus
eam: sed sortiamur de illa cuiꝰ sit. Ut scri-
ptura impleret dicens. Partiti sunt vesti-
menta mea sibi: ⁊ super vestem meam mi
serũt sortem. Et milites quidem hec fece-
runt. Stabat autem iuxta crucẽ iesu ma
ter eius / et soror matris eius maria cleo-
phe / et maria Magdalene. Cum vidisset
ergo iesus matrem et discipulum stãtem
quem diligebat / dixit matri sue. Mulier:

ecce filius tuꝰ. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus in suā. Postea sciēs iesus qꝛ iam oīa cōsummata sunt: vt cōsūmaret scriptura dixit. Sitio. Uas autē positus erat aceto plenum. Illi autē spōgiam plenam aceto hysopo circūponētes: obtulerūt ori eiꝰ. Cum ergo accepisset iesus acetū: dixit Cōsummatū est. Et inclinato capite: tradidit spiritū. ✝ Judei ergo quoniā parasceue erat: vt nō remanerēt in cruce coꝛpora sabbato (erat enī magnus dies ille sabbati) rogauerūt pylatū vt frāgerent eoꝝ crura ⁊ tollerent. Uenerunt ergo milites ⁊ primi quidē fregerunt crura: et alterius qui crucifixus est cū eo. Ad iesum autē cū venissent: vt viderūt eum iam moꝛtuū nō fregerūt eius crura: sed vnus militū lācea latus eiꝰ aperuit: ⁊ ꝛtinuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimoniū phibuit: ⁊ verum est testimoniū eius. Et ille scit qꝛ vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt enī hec: vt scriptura impleret. Os non cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. Uidebunt in quem transfixerūt. Post hec autē rogauit pylatum ioseph ab arimathia (eo q̄ esset discipulꝰ iesu: occultus aūt ꝓpter metū iudeoꝝ) vt tolleret coꝛpꝰ

iesu. Et pmisit pylatus. Venit autē ⁊ nichodem⁹ qui venerat ad iesum nocte primū ferens mixturā myrrhe ⁊ aloes quasi libras centū. Acceperūt ergo corp⁹ iesu: et ligauerūt eum lintheis cū aromatibus: sicut mos iudeis est sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus est hort⁹: et in horto monumentū nouum: in quo nondū quisq̄ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuē iudeor (quia iuxta erat monumentū) posuerūt iesum. Deo gratias. ℣. Qui passus es pro nobis. ℟. Dñe miserere nobis.

Oremus.

Deus qui manus tuas ⁊ pedes tuos et totum corpus tuuz pro nobis peccatorib⁹ in ligno crucis posuisti: ⁊ coronam spineā a iudeis in despectu tui sacratissimi nominis super caput tuuz impositam sustinuisti: et quinq̄ vulnera pro nobis pctōribus in ligno crucis passus fuisti da nobis hodie ⁊ quotidie vsuz penitētie: abstinētie: patientie: humilitatis: castitatis: lumen: sensum ⁊ intellectū: et puram conscientiā vsq̄ ad finem. Per te iesu christe saluator mūdi: qui in trinitate pfecta viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ These prayers following ought to be layde or ye departe out of your chambre at your uprysynge.

Aduiuatrix fis mihi trinitas sancta: deus in nomine tuo leuabo manus meas. Crux triūphalis passionis domini nri iesu christi Jesus nazarenꝰ rex iudeorūz filii dei: miserere mei Jn nomīe patris et filij ⁊ spiritus sancti. Amen. Per signū sancte cru✠cis de inimicis nostris libera nos deus salutaris noster.

Pijssime deꝰ ⁊ clemētissime pater laudes et gr̄as ago tibi dñe iesu christe omps eterne deus: qui me indignū famulū tuuz. In hac nocte custodisti: preteristi / visitasti / sanum et incolumē ad principiū huius diei me fieri fecisti: ⁊ pro aliis bñficijs tuis que tua sola bonitate mihi cōtulisti: deprecor clementiā tuā misericordis deꝰ: vt cōcedas mihi diē vēturz sic pagere in tuo sctō seruitio cū hūilitate / discretiōe / deuotiōe ⁊ dilectiōe benigna: vt tibi seruitutē meā debitam et placabilē in oibus opibus meis valeam psoluere: ⁊ fac me tum tua gr̄a

viuere semp ⁊ oibus dieb⁹ vite mee tibi cō mendo corp⁹ meū ⁊ aiam meā. Per xp̄m.

¶ Whan thou goest fyrst out of thy hous blysse the sayeng thus.

Crux triūphalis dñi nr̄i iesu xp̄i ecce viui fice crucis dñicū signuz: fugite partes aduerse. In noie pr̄is ⁊ filij ⁊ spūs scti. amē.

Deus qui tres magos orientales iaspar melchior ⁊ balthasar ad presepe dñi stella duce cōduxisti: conduc me ad loca proposita sine totius aduersitatis impedimēto: ⁊ qui eos conduxisti angelo nūciante: reduc me teipso auxiliāte. Per eūdem christum.

Angele qui meus es custos pietate supna: me tibi cōmissum: serua/defende/guberna. Pater noster. Aue maria gr̄a ple.

¶ Ad crucem.

Crucem tuam adoram⁹ ⁊ veneramur domine iesu christe: et clementiā tuam humiliter imploramus: vt nobis peccatoribus misereri et parcere digneris qui dignatus es nasci de virgine maria. Amen. Pater noster. Aue maria gratia plena domin⁹ tecum.

¶ Whā the prest torneth after the lauatrye. Spirit⁹ sancti gratia illustret ⁊ illuminet cor tuū et labia tua: et accipiat dñ